

V. Clericum sine auctoritate episcopi non posse constituere ecclesiam suam censuariam vel ecclesiam occupare vel in alium transferre ad evitandam controversiam (7).

VI. De illis, qui incidunt in canonem date sententie vel incidere videntur, cum non incidant, et sunt transmittendi ad sedem apostolicam propter absolutionem (13).

VII. Rapteribus, violatoribus ecclesiarum quandoque et post penitentiam negandam sepulturam ecclesiasticam, ni satisfatur de dampno sarciendo (3).

VIII. De usuris (7).

IX. De interdictis torneamentis<sup>17</sup> (1).

X. De penitentia pro enormi crimine iniungenda (1).

XI. De depositione clericorum et dispensatione circa eosdem (17).

XII. De excessibus episcoporum contra suos archiepiscopos et archidiaconorum contra suos episcopos (5).

XIII. De excessibus et privilegiis hospitaliariorum (5).

XIV. Ne clericus vel monachus secularibus negotiis se intermiscet neve monachus sine licentia abbatis promoveatur (5).

XV. De ordine et spiritualitate quorundam regularium (2).

XVI. De monachis sine probatione susceptis et in probatione positis recedere volentibus (4).

XVII. De rebus ecclesie alienandis vel non alienandis (7).

XVIII. De iuramentis servandis (9).

XIX. Quibus temporibus clerici ordinari debeant (3).

XX. Quibus et quando et intra quam etatem ecclesie sunt committende et ad quem spectat earum<sup>18</sup> reparatio (9).

XXI. Uni plura beneficia ecclesiastica non committenda nec unum inter plures dividendum (6).

XXII. Portionem ecclesie auctoritate episcopi vicario assignatam non esse ab eo auferendam (1).

XXIII. De ordinatione filiorum sacerdotum et eisdem in ecclesiis paternis non tolerandis (10).

XXIV. De decimis dandis et non commutandis (4).

XXV. De decimis a monachis prestandis vel non prestandis et de pensionibus ecclesiarum sibi debitis non augendis (18).

<sup>17</sup> Cod.: torneamentis

<sup>18</sup> Cod.: eorum